




RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Afferte Domino, Cives Academici, gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus; adorare Dominum in atrio sancto ejus: Ps. 29. v. 1. Hæc enim dies boni nuncii est, 4. Reg. 7. v. 9. Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum à facie ejus: sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis; sic pereant peccatores à facie Dei. Et justii epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, Psal. 67. v. 1. Vox exultationis & salutis in tabernaculis justorum. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me: dextera Domini fecit virtutem, Psal. 18. v. 15. Hæc dicit Dominus: in tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tibi: Esa. 49. v. 8. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis, 2. Cor. 6. v. 2. Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine, salvum me fac, & Domine, benè prosperare. Confitebor tibi, quoniam exaudivisti me: & factus es mihi in salutem. Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in seculum misericordia ejus. Constituite diem solemnem in condensis usque; ad cornua altaris, Psal. 118. vers. 27. Huic mandato Dei obsecundans *Serenissimus & Potentissimus Saxonie Princeps ac Dominus, Dn. JOHANNES GEORGIUS, Imperii Septemvir & Ensiser gloriosissimus, Dominus noster Clementissimus, Festum Eucharisticum* instituit, die 7. mensis Septembris, in Ecclesiis justorum & in panegyricis Academiae congressibus eà, quæ par est, devotione ac solennitate celebrandum: *instituto laudabili, Deiq; verbo consono, in quo Serenissima ejus Cellitudo* *δαδύχης* ac signiferos habet præclarissimos duces, ac Reges populi Israëliti: *Mosen*, qui post suffocatum exercitum Pharaonis in mari rubro non tantum lætum *επιτυχίῳ* cecinit, Exod. 15. sed etiam jussu Dei, anniversariam festivitatem Paschalem instituit, in quâ miraculosa hæc victoria laudibus in cælum fuit evecta: *Davidem*, qui de hostibus devictis triumphum agens, Psalmum Eucharisticum in honorem DEI præpotentis modulatus est, 2. Samuel. 22. *Josaphatum*, qui positus admirabili victoriâ congregavit universum populum in vallem benedictionis ad laudes DEI decantandas, & ingressi sunt in Jerusalem cum Psalteriis & cytharis & tubis in domum Domini, cum lætitiâ magna, eò quod dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis: *Reginam Esberam*, quæ post detectas fraudes & impias machinationes *Hamanis* ad extirpationem totius gentis Judaicæ directas, festum anniversarium quartâ decimâ & quintâ decimâ die mensis Adar instituit, quod in diebus Purim, hoc est, sortium religiosissimè à tota istius gentis posteritate summâ animi lætitiâ fuit celebratum: *Deboram*, quæ parvâ manu infinitas hostium copias fudit, & insignem hymnum DEO victori concinuit, Judic. cap. 5. Horum sanctorum vestigiis insistentes aram laudis & gratiarum actionis extruamus DEO nostro, qui mirificavit sanctos suos, & Ecclesiam diu pressam & conculcatam insperatâ victoriâ vivificavit. Dies tribulationis & angustiae subito ingruerat, filii venerant usque ad partum, & virtus non erat pariendi, Esa. 38. *Tullius* exercitus Papani decantati dux & antesignanus militem adducebat veteranum probèque exercitatum, sed adhuc madentem sanguine interfectorum in excidio Magdeburgico, minasq; spirantem ferales in omnes Confessores Evangelii: exercitum adducebat formidabilem adversus Sionem, extirpaturus lætam Evangelicæ prædicationis messem: quem in finem vicinos Episcopatus Martisburgensem, Naumburgensem & Cizensem Electori nostro præripiebat, ut nidum lupis Anti-Christianis præpararet; Evangelii verò præconibus nigrum theta scriberet, & clitellas Papæ cervicibus nostris imponeret: *Ligistica factionis executor* præstò erat, ut cruenta Papæ consilia, à multis retrò annis in perniciem Ecclesiarum Augustanam Confessionem amplectentium cusa, armatâ manu in effectum traduceret: quæ de causâ *conclusa nuperi conventus* Evangelicorum Electorum, Principum ac Statuum rescindere & annihilare enixè laborabat, omnibusq; principibus, baronibus ac liberis civitatibus, decretum modò dictum tuentibus, infesta arma intentabat: *Pacis religiosa*, quâ Evangelicæ Ecclesiæ ultra 70. annos DEI munere gavissæ sunt, turbator & disturbator aderat propensissimus, contrâ verò Anti-Christiani Papatûs instaurator potentissimus. Verùm DEUS miseratus sortem afflictæ suæ Ecclesiæ excitavit Spiritum *Serenissimi Dn. Electoris Saxonie, Domini nostri Clementissimi*, ut omnem suam fiduciam in auxilio DEI & in bonitate causæ fixam locatamq; haberet, suiq; muneris ac officii esse putaret, ut tanquam pius princeps ac nutritius Ecclesiæ, & velut bonus Pastor pro lege ac grege dimicaret, animamq; suam poneret pro ovibus: Intrepido igitur pectore obviam procedebat hosti formidabili, per ludibrium de mensis secundis lautitias certo certius sibi persvadenti: & opponebat exercitum multis modis quidem inferiorem hostibus, DEI tamen auxilio fretum: qualiter Scriptura exercitum Israelitarum describit, 3. Reg. 20. v. 27. *Filii Israël castra metati sunt contra Syros, quasi duo parvi greges caprarum: Syri autem repleverunt terram. Hostes irrisui litabant, seq; invictos esse palam jactitabant, imò impotenter ac impudenter triumphum canentes ante victoriam.* Sed Deo immortali sit laus & gloria sempiterna, quod in solatium Ecclesiæ oppressæ ex oris Aquilonaribus vocavit, & celeri volatu adduxit *Magnanimum Heroem, Dn. GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum, Gotborum, Vandalorumq; Regem, Magnum Principem Finnonia, Ducem Esthonia & Carelia, Dominum Ingria, &c. Affertorem Evangelicæ doctrinæ constantissimum, piissimum: vindicem libertatis Germanicæ felicissimum; oppressorum & sub jugo Anti-Christi gementium liberatorem exoptatissimum; Excitavit illum Altissimus, velut *υπερ* stimulatorem, excidium, exterminium ab Aquilone, Jerem. 46. v. 20. gladioq; *Jehovæ ipsum instruxit, qui inebriatus est in cælo, ut descendat super populum interfectionis (anathematis) ad judicium, de quo Esaias cap. 34. v. 6. vaticinatur: Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum & hircorum, & de sanguine medullatorum arietum: Victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. Et descendent unicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium: quia dies ultionis Domini: annus retributionum judicii Sion.* Vibravit hunc gladium in nomine *Jehovæ* Heros invictissimus, nostrisq; Exercitui laboranti suppetias tulit, & post DEUM autor fuit unicus, ut gloriosissima propè Lipsiam cum DEO reportaretur victoria, cæsis atq; fugatis tot millibus hostium truculentissimorum, omnibusq; illorum thesauris, qui regias exæquare poterant gazas, direptis ac convasatis. *O diem auspiciatissimum!* & nomini suo, quod in factis à Regina obtinebat, probè respondentem veritati cœlesti & Libertati patriæ communis ab his bellatoribus nostris defenctæ. *Salve lux rosea & digna, cujus memoria nunquam excidat pectoribus nostris:* Tu Regem Christianissimum immortalî coronasti laureâ: tu Electorem nostrum Serenissimum insperatâ perfudisti lætitiâ: tu in clytium hunc Electoratum à devastatione & incendio, orthodoxam verò Ecclesiam ab interitu & dissipatione vindicasti: tu pastoribus Evangelicis oviculas, sanguine CHRISTI pretiosissimo redemptas; & ovibus Christi fideles animarum pastores conservasti: tu matronis honoratissimis & virginibus lectissimis decus ac pudicitiam custodivisti: liberos parentibus, & parentes liberis incolumes servasti: Academiæ ceu clinodia totius territorii bono publico restituvisti: quin etiam spem fecisti reliquis populi DEI, quod Agnus in monte Sion stans porrò quoq; victoriam ab hostibus Evangelii sit reportaturus. Nec enim acquievit Heros invictissimus, sed signa victriçia intulit in plagam hostilem ab Episcopis & mancipiis Papæ inhabitatam, quam brevi temporis spatio admirabili successu occupavit, justissimamq; à cinifionibus istis belli hujus calamitosissimi repetiit vindictam. Contigit sanguinariis istis Episcopis idem, quod cani Esopico, ludibrium: divaricatis faucibus inhiarunt bonis Ecclesiasticis, quæ nostri optimo jure, quod non tantum ex verbo DEI, sed etiam ex Jure Ecclesiastico probari potest, hætenus possederunt, sed propriorum suorum bonorum jacturam fecerunt irreparabilem. Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent, Judic. 5. Magnitudo hujus divinæ liberationis permovit *Patrem patriæ nostræ, Serenissimum Electorem, Dominum nostrum Clementissimum*, ut Serenissima ejus Cellitudo peculiare hoc festum indixerit, in toto hoc Electoratu devotè celebrandum: Cui mandato pientissimo alma mater Academia morem subjectissimo studio gerens, & ipsa die 7. Septembris hora XII. in aede Paulina, orationem Latinam Theologicam ad exaltandam dexteram DEI, quæ fecit virtutem, adornabit: Dominica verò sequente, quæ erit Dom. XV. p. Trinit. eadem horâ XII. festivum hoc gaudium ligatâ oratione in Domino continuabit, & DEO Victori laudes immortales ager, atq; simul pro conservatione Ecclesiæ, quæ puram Evangelii doctrinam in Symbolo Augustanæ Confessionis comprehendens amplectitur, vota faciet. Quare Proceres Academicos nec non Ampliis. Urbis Senatam amicè invitamus, Studiosam verò juventutem & reliquos Jurisdictionem nostram agnoscentes officii ratione fedulò hortamur, ut suâ frequentâ panegyricam hanc exornent, Regiq; regum CHRISTO JESU hostiam laudis, id est, fructum laborum contentium nomini ejus offerant, Hebr. 13. v. 15. P. P. Dom. 14. p. Trin. Anno gratiæ 1632.*

Excudebat GREGORIUS Ritsch.



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Afferte Domino, Cives Academici, gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini
 ejus; adorate Dominum in atrio sancto ejus: Pf. 29. v. 1. Hæc enim dies boni nunciæ est, 4. Reg. 7. v. 9. Exurgat D E U S, &
 dispentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum à facie ejus: sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis;
 sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia, Psal. 67. v. 1.
 Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me:
 dextera Domini fecit virtutem, Psal. 18. v. 15. Hæc dicit Dominus; in tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxilia-
 tus sum tibi: Esa. 49. v. 8. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis, 2. Cor. 6. v. 2. Hæc est dies, quam fecit
 Dominus; exultemus & lætemur in ea. O Domine, salvum me fac, ô Domine, benè prospere. Confitebor tibi, quo-
 niam exaudivisti me: & factus es mihi in salutem. Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in seculum misericordia ejus. Constituite
 diem solemnem in condensis usq; ad cornua altaris, Psal. 118. vers. 27. Huic mandato Dei obsecundans *Serenissimus & Potentissimus Saxonie*
Princeps ac Dominus, Du. JOHANNES GEORGIVS, Imperii Septemvir & Ensigner gloriosissimus, Dominus noster Clementissimus, Fesum. Eu-
charisticum instituit, die 7. mensis Septembris, in Ecclesiis iustorum & in panegyricis Academiae congressibus eâ, quâ par est, devotione ac so-
 lennitate celebrandum: *instituto laudabili*, Deiq; verbo consono, in quo Serenissima ejus Celsitudo *da d'axss* ac signiferos habet præclarissimos
 duces, ac Reges populi Israëliti: *Mosen*, qui post suffocatum exercitum Pharaonis in mari rubro non tantum lætum *israëlioy* cecinit, Exod. 15.
 sed etiam iussu Dei, anniversariam festivitatem Paschalem instituit, in quâ miraculosa hæc victoria laudibus in cœlum fuit evecta: *Davidem*,
 qui de hostibus devictis triumphum agens, Psalmum Eucharisticum in honorem D E I præpotentis modulatus est, 2. Samuel. 22. *Josaphatum*,
 qui positus admirab-
 rusalem cum Psalter
ginam Esberam, qui
 sariam quartâ decim
 steritate summâ anir
 cinuit, Judic. cap. 5.
 suos, & Ecclesiam d
 ad partum, & virtus
 exercitatum, sed ad
 lli: exercitum adduc
 scopatus Martisburg
 geli verò præconibus nigrum theta scriberet, & cliteilas Papæ cervicibus nostris imponeret: *Ligificafacionis executor* præfò erat, ut cruenta
 Papæ consilia, à multis retrò annis in perniciem Ecclesiarum Augustanam Confessionem amplectentium cusa, armatâ manu in effectum traduce-
 ret: quâ de causâ *conclusa nuperi conventus* Evangelicorum Electorum, Principum ac Statuum rescindere & annihilare enixè laborabat, omni-
 busq; principibus, baronibus ac liberis civitatibus, decretum modò dictum tuentibus, infesta arma intentabat: *Pacis religiosæ*, quâ Evangelicæ
 Ecclesiæ ultra 70. annos D E I munere gavissæ sunt, turbator & disturbator aderat propensissimus, contra verò Anti-Chrîtiani Papatûs instau-
 rator potentissimus. Verùm D E U S miseratus fortem afflictæ suæ Ecclesiæ excitavit Spiritum *Serenissimi Dn. Electoris Saxonie, Domini*
nostri Clementissimi, ut omnem suam fiduciam in auxilio D E I & in bonitate causæ fixam locatamq; haberet, suiq; muneris ac officii esse putaret, ut
 tanquam pius princeps ac nutritius Ecclesiæ, & velut bonus Pastor pro lege ac grege dimicaret, animamq; suam poneret pro ovibus: Intrepido
 igitur pectore obviam procedebat hosti formidabili, per ludibrium de mensis secundis lautitas certo certius sibi persvadenti: & opponere
 exercitum multis modis quidem inferiorem hostibus, D E I tamen auxilio fretum: qualiter Scriptura exercitum Israelitarum describit, 3. Reg. 20.
 v. 27. *Fili Israel castrametati sunt contra Sues* au seducto equitibus suis. *Castrametati sunt contra Sues* au seducto equitibus suis. *Castrametati sunt contra Sues* au seducto equitibus suis.

